Secondo l'insegnamento della Chiesa, nondimeno, gli uomini e le donne con tendenze omosessuali « devono essere accolti con rispetto, compassione, delicatezza. A loro riguardo si eviterà ogni marchio di ingiusta discriminazione ».[13] Tali persone inoltre sono chiamate come gli altri cristiani a vivere la castità.[14] Ma l'inclinazione omosessuale è « oggettivamente disordinata » [15] e le pratiche omosessuali « sono peccati gravemente contrari alla castità ».[16]

[7] Cfr *Ef* 5, 32.

[8] Cfr *Mt* 19, 3-12; *Mc* 10, 6-9.

[9] *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2357.

[10] Cfr *Rm* 1, 24-27; *1 Cor* 6, 10; *1 Tm* 1, 10.

[11] Congregazione per la Dottrina della Fede, Dichiarazione *Persona humana*, 29 dicembre 1975, n. 8.

[12] Cfr per esempio S. Policarpo, *Lettera ai Filippesi*, V, 3; S. Giustino, *Prima Apologia*, 27, 1-4; Atenagora, *Supplica per i cristiani*, 34.

[13] *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2358; cfr Congregazione per la Dottrina della Fede, Lettera sulla cura pastorale delle persone omosessuali, 1º ottobre 1986, n. 10.

[14] Cfr *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2359; Congregazione per la Dottrina della Fede, Lettera sulla cura pastorale delle persone omosessuali, 1º ottobre 1986, n. 12.

[15] *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2358.

[16] *Ibid.*, n. 2396.

5. Nei confronti del fenomeno delle unioni omosessuali, di fatto esistenti, le autorità civili assumono diversi atteggiamenti: a volte si limitano alla tolleranza di questo fenomeno; a volte promuovono il riconoscimento legale di tali unioni, con il pretesto di evitare, rispetto ad alcuni diritti, la discriminazione di chi convive con una persona dello stesso sesso; in alcuni casi favoriscono persino l'equivalenza legale delle unioni omosessuali al matrimonio propriamente detto, senza escludere il riconoscimento della capacità giuridica di procedere all'adozione di figli.

Laddove lo Stato assuma una politica di tolleranza di fatto, non implicante l'esistenza di una legge che esplicitamente concede un riconoscimento legale a tali forme di vita, occorre ben discernere i diversi aspetti del problema. La coscienza morale esige di essere, in ogni occasione, testimoni della verità morale integrale, alla quale si oppongono sia l'approvazione delle relazioni omosessuali sia l'ingiusta discriminazione nei confronti delle persone omosessuali. Sono perciò utili interventi discreti e prudenti, il contenuto dei quali potrebbe essere, per esempio, il seguente: smascherare l'uso strumentale o ideologico che si può fare di questa tolleranza; affermare chiaramente il carattere immorale di questo tipo di unione; richiamare lo Stato alla necessità di contenere il fenomeno entro limiti che non mettano in pericolo il tessuto della moralità pubblica e, soprattutto, che non espongano le giovani generazioni ad una concezione erronea della sessualità e del matrimonio, che le priverebbe delle necessarie difese e contribuirebbe, inoltre, al dilagare del fenomeno stesso. A coloro che a partire da questa tolleranza vogliono procedere alla legittimazione di specifici diritti per le persone omosessuali conviventi, bisogna ricordare che la tolleranza del male è qualcosa di molto diverso dall'approvazione o dalla legalizzazione del male.

In presenza del riconoscimento legale delle unioni omosessuali, oppure dell'equiparazione legale delle medesime al matrimonio con accesso ai diritti che sono propri di quest'ultimo, è doveroso opporsi in forma chiara e incisiva. Ci si deve astenere da qualsiasi tipo di cooperazione formale alla promulgazione o all'applicazione di leggi così gravemente ingiuste nonché, per quanto è possibile, dalla cooperazione materiale sul piano applicativo. In questa materia ognuno può rivendicare il diritto all'obiezione di coscienza.

6. La comprensione dei motivi che ispirano la necessità di opporsi in questo modo alle istanze che mirano alla legalizzazione delle unioni omosessuali richiede alcune considerazioni etiche specifiche, che sono di diverso ordine.

Il compito della legge civile è certamente più limitato riguardo a quello della legge morale,[17] ma la legge civile non può entrare in contraddizione con la retta ragione senza perdere la forza di obbligare la coscienza.[18] Ogni legge posta dagli uomini in tanto ha ragione di legge in quanto è conforme alla legge morale naturale, riconosciuta dalla retta ragione, e in quanto rispetta in particolare i diritti inalienabili di ogni persona.[19] Le legislazioni favorevoli alle unioni omosessuali sono contrarie alla retta ragione perché conferiscono garanzie giuridiche, analoghe a quelle dell'istituzione matrimoniale, all'unione tra due persone dello stesso sesso. Considerando i valori in gioco, lo Stato non potrebbe legalizzare queste unioni senza venire meno al dovere di promuovere e tutelare un'istituzione essenziale per il bene comune qual è il matrimonio.

Ci si può chiedere come può essere contraria al bene comune una legge che non impone alcun comportamento particolare, ma si limita a rendere legale una realtà di fatto che apparentemente non sembra comportare ingiustizia verso nessuno. A questo proposito occorre riflettere innanzitutto sulla differenza esistente tra il comportamento omosessuale come fenomeno privato, e lo stesso comportamento quale relazione sociale legalmente prevista e approvata, fino a diventare una delle istituzioni dell'ordinamento giuridico. Il secondo fenomeno non solo è più grave, ma acquista una portata assai più vasta e profonda, e finirebbe per comportare modificazioni dell'intera organizzazione sociale che risulterebbero contrarie al bene comune. Le leggi civili sono principi strutturanti della vita dell'uomo in seno alla società, per il bene o per il male. Esse «svolgono un ruolo molto importante e talvolta determinante nel promuovere una mentalità e un costume».[20] Le forme di vita e i modelli in esse espresse non solo configurano esternamente la vita sociale, bensì tendono a modificare nelle nuove generazioni la comprensione e la valutazione dei comportamenti. La legalizzazione delle unioni omosessuali sarebbe destinata perciò a causare l'oscuramento della percezione di alcuni valori morali fondamentali e la svalutazione dell'istituzione matrimoniale.

7. Nelle unioni omosessuali sono del tutto assenti quegli elementi biologici e antropologici del matrimonio e della famiglia che potrebbero fondare ragionevolmente il riconoscimento legale di tali unioni.

[17] Cfr Giovanni Paolo II, Lettera Enciclica *Evangelium vitae*, 25 marzo 1995, n. 71.
[18] Cfr *ibid.*, n. 72.
[19] Cfr s. Tommaso d'Aquino, *Summa Theologiae*, I-II, q. 95, a. 2.
[20] Giovanni Paolo II, Lettera Enciclica *Evangelium vitae*, 25 marzo 1995, n. 90.

Esse non sono in condizione di assicurare adeguatamente la procreazione e la sopravvivenza della specie umana. L'eventuale ricorso ai mezzi messi a loro disposizione dalle recenti scoperte nel campo della fecondazione artificiale, oltre ad implicare gravi mancanze di rispetto alla dignità umana,[21] non muterebbe affatto questa loro inadeguatezza.

Nelle unioni omosessuali è anche del tutto assente la dimensione coniugale, che rappresenta la forma umana ed ordinata delle relazioni sessuali. Esse infatti sono umane quando e in quanto esprimono e promuovono il mutuo aiuto dei sessi nel matrimonio e rimangono aperte alla trasmissione della vita.

Come dimostra l'esperienza, l'assenza della bipolarità sessuale crea ostacoli allo sviluppo normale dei bambini eventualmente inseriti all'interno di queste unioni. Ad essi manca l'esperienza della maternità o della paternità. Inserire dei bambini nelle unioni omosessuali per mezzo dell'adozione significa di fatto fare violenza a questi bambini nel senso che ci si approfitta del loro stato di debolezza per introdurli in ambienti che non favoriscono il loro pieno sviluppo umano. Certamente una tale pratica sarebbe gravemente immorale e si porrebbe in aperta contraddizione con il principio, riconosciuto anche dalla Convenzione internazionale dell'ONU sui diritti dei bambini, secondo il quale l'interesse superiore da tutelare in ogni caso è quello del bambino, la parte più debole e indifesa.

8. La società deve la sua sopravvivenza alla famiglia fondata sul matrimonio. La conseguenza inevitabile del riconoscimento legale delle unioni omosessuali è la ridefinizione del matrimonio, che diventa un'istituzione la quale, nella sua essenza legalmente riconosciuta, perde l'essenziale riferimento ai fattori collegati alla eterosessualità, come ad esempio il compito procreativo ed educativo. Se dal punto di vista legale il matrimonio tra due persone di sesso diverso fosse solo considerato come uno dei matrimoni possibili, il concetto di matrimonio subirebbe un cambiamento radicale, con grave detrimento del bene comune. Mettendo l'unione omosessuale su un piano giuridico analogo a quello del matrimonio o della famiglia, lo Stato agisce arbitrariamente ed entra in contraddizione con i propri doveri.

A sostegno della legalizzazione delle unioni omosessuali non può essere invocato il principio del rispetto e della non discriminazione di ogni persona. Una distinzione tra persone oppure la negazione di un riconoscimento o di

[21] Cfr Congregazione per la Dottrina della Fede, Istruzione *Donum vitae*, 22 febbraio 1987, II. A. 1-3.

una prestazione sociale non sono infatti accettabili solo se sono contrarie alla giustizia.[22] Non attribuire lo statuto sociale e giuridico di matrimonio a forme di vita che non sono né possono essere matrimoniali non si oppone alla giustizia, ma, al contrario, è da essa richiesto.

Neppure il principio della giusta autonomia personale può essere ragionevolmente invocato. Una cosa è che i singoli cittadini possano svolgere liberamente attività per le quali nutrono interesse e che tali attività rientrino genericamente nei comuni diritti civili di libertà, e un'altra ben diversa è che attività che non rappresentano un significativo e positivo contributo per lo sviluppo della persona e della società possano ricevere dallo Stato un riconoscimento legale specifico e qualificato. Le unioni omosessuali non svolgono neppure in senso analogico remoto i compiti per i quali il matrimonio e la famiglia meritano un riconoscimento specifico e qualificato. Ci sono invece buone ragioni per affermare che tali unioni sono nocive per il retto sviluppo della società umana, soprattutto se aumentasse la loro incidenza effettiva sul tessuto sociale.

9. Poiché le coppie matrimoniali svolgono il ruolo di garantire l'ordine delle generazioni e sono quindi di eminente interesse pubblico, il diritto civile conferisce loro un riconoscimento istituzionale. Le unioni omosessuali invece non esigono una specifica attenzione da parte dell'ordinamento giuridico, perché non rivestono il suddetto ruolo per il bene comune.

Non è vera l'argomentazione secondo la quale il riconoscimento legale delle unioni omosessuali sarebbe necessario per evitare che i conviventi omosessuali perdano, per il semplice fatto della loro convivenza, l'effettivo riconoscimento dei diritti comuni che essi hanno in quanto persone e in quanto cittadini. In realtà, essi possono sempre ricorrere — come tutti i cittadini e a partire dalla loro autonomia privata — al diritto comune per tutelare situazioni giuridiche di reciproco interesse. Costituisce invece una grave ingiustizia sacrificare il bene comune e il retto diritto di famiglia allo scopo di ottenere dei beni che possono e debbono essere garantiti per vie non nocive per la generalità del corpo sociale.[23]

[22] Cfr s. Tommaso d'Aquino, *Summa Theologiae*, II-II, q. 63, a. 1, c.

[23] Occorre non dimenticare inoltre che sussiste sempre «il pericolo che una legislazione che faccia dell'omosessualità una base per avere dei diritti possa di fatto incoraggiare una persona con tendenza omosessuale a dichiarare la sua omosessualità o addirittura a cercare un "partner" allo scopo di sfruttare le disposizioni della legge» (Congregazione per la Dottrina della Fede, *Alcune considerazioni concernenti la risposta a proposte di legge sulla non discriminazione delle persone omosessuali*, 24 luglio 1992, n. 14).

10. Se tutti i fedeli sono tenuti ad opporsi al riconoscimento legale delle unioni omosessuali, i politici cattolici lo sono in particolare, nella linea della responsabilità che è loro propria. In presenza di progetti di legge favorevoli alle unioni omosessuali, sono da tener presenti le seguenti indicazioni etiche.

Nel caso in cui si proponga per la prima volta all'Assemblea legislativa un progetto di legge favorevole al riconoscimento legale delle unioni omosessuali, il parlamentare cattolico ha il dovere morale di esprimere chiaramente e pubblicamente il suo disaccordo e votare contro il progetto di legge. Concedere il suffragio del proprio voto ad un testo legislativo così nocivo per il bene comune della società è un atto gravemente immorale.

Nel caso in cui il parlamentare cattolico si trovi in presenza di una legge favorevole alle unioni omosessuali già in vigore, egli deve opporsi nei modi a lui possibili e rendere nota la sua opposizione: si tratta di un doveroso atto di testimonianza della verità. Se non fosse possibile abrogare completamente una legge di questo genere, egli, richiamandosi alle indicazioni espresse nell'Enciclica *Evangelium vitae*, « potrebbe lecitamente offrire il proprio sostegno a proposte mirate a limitare i danni di una tale legge e a diminuirne gli effetti negativi sul piano della cultura e della moralità pubblica », a condizione che sia « chiara e a tutti nota » la sua « personale assoluta opposizione » a leggi siffatte e che sia evitato il pericolo di scandalo.[24] Ciò non significa che in questa materia una legge più restrittiva possa essere considerata come una legge giusta o almeno accettabile; bensì si tratta piuttosto del tentativo legittimo e doveroso di procedere all'abrogazione almeno parziale di una legge ingiusta quando l'abrogazione totale non è possibile per il momento.

11. La Chiesa insegna che il rispetto verso le persone omosessuali non può portare in nessun modo all'approvazione del comportamento omosessuale oppure al riconoscimento legale delle unioni omosessuali. Il bene comune esige che le leggi riconoscano, favoriscano e proteggano l'unione matrimoniale come base della famiglia, cellula primaria della società. Riconoscere legalmente le unioni omosessuali oppure equipararle al matrimonio, significherebbe non soltanto approvare un comportamento deviante, con la conseguenza di renderlo un modello nella società attuale, ma anche offuscare valori fondamentali che appartengono al patrimonio comune dell'umanità. La Chiesa non può non difendere tali valori, per il bene degli uomini e di tutta la società.

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II, nell'Udienza concessa il 28 marzo 2003 al sottoscritto Cardinale Prefetto, ha approvato le presenti Considerazioni,

[24] Giovanni Paolo II, Lettera Enciclica *Evangelium vitae*, 25 marzo 1995, n. 73.

decise nella Sessione Ordinaria di questa Congregazione, e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 3 giugno 2003, Memoria dei santi Carlo Lwanga e Compagni, martiri.

✠ Ioseph card. Ratzinger
Prefetto

L. ✠ S.

✠ Angelo Amato, s.d.b.
arciv. tit. di Sila
Segretario

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ARIMINENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Alberti Marvelli christifidelis laici (1918-1946)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Albertus Marvelli Ferrariae natus est die 30 mensis Martii anno 1918, *Arimini* vero crevit vixitque, ubi familia eius domicilium suum constituerat. Bononiae dignitatem ac nomen doctoris machinatoris in Universitate Studiorum consecutus est. Actuose interfuit vitae ecclesiali, sociali et politicae urbis suae et publicis officiis functus est in rerum municipalium et nationalium administratione. Constanti navitate unionem cum Deo curavit et sedulum multiplicemque exercuit apostolatum uti membrum variarum consociationum laicorum, sicut Actionis Catholicae et Conferentiarum Sancti Vincentii de Paul. Pauperibus inserviit et doctoribus renuntiatis catholicis dioeceseos praefuit. Vehiculo forte impulsus atque prostratus, die 5 mensis Octobris anno 1946 occubuit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II,

die 22 mensis Martii anno 1986, Servum Dei virtutes theologales, cardinales et iis adnexas heroico gradu coluisse decrevit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem, intercessioni Servi Dei tributam, domini Titi Malfatti, arte medici, qui inde a mense Iunio anno 1990 ex femore laevo repente ac peracute dolore iamiam coxam arripiente laborari cepit. Cum lumborum ischiadisque aegrotationem quandam dolorem illum esse putaret, medicamina sumpsit antinflammatoria, quae tamen ad tempus perbreve modo valuerunt. Pathologia ingravescente, aegrotus usque ad tantam inhibitionem antalgicam functionum claudicare incepit, ne gradus scalarum amplius ascendere posset. Cum dolores et impotentia functionum suarum persisterent, diligentiores peractae sunt clinicae investigationes, quae spondylum arthrisim diffusam cum imminutione spatii inter tertiam et quartam vertebram lumbarem protulerunt, ubi conspicua etiam hernia disci mediani ac paramediani laevi aderat. Paulo post altera hernia disci inter quartam et quintam vertebram lumbarem exstitit atque investigationes subsequentes tertiam quoque postremo ostenderunt herniam discalem: aegroti condiciones igitur eo in gravius vertebant, ut magno cum corporis animaeque suo maerore fere ipse ad immobilitatem redigeretur. Ad divinum auxilium ergo fidenter confugere incepit. Mense Augusto anno 1991 una cum muliere unoque filiorum suorum ad sepulcrum Venerabilis Servi Dei Alberti Marvelli se contulit in ecclesia Sancti Augustini Ariminensi, ut per eius intercessionem non tantum sanationem impetrarent a Deo, quantum cessationem saltem dolorosae infirmantisque illius symptomatologiae. Paucis post diebus omnis dolorosa manifestatio eo plane evanuerat, ut Titus doctor consuetum officium suum medici repetere posset. De hoc miro aestimato casu anno 1997 apud Curiam Bononiensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 23 mensis Ianuarii anno 1998 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 14 mensis Novembris anno 2002 sanationem satis rapidam, completam et duraturam sub specie symptomatologiae, inexplicabilem secundum scientiam fuisse affirmavit. Die 4 mensis Martii anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 20 insequentis mensis Maii eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Alberti Marvelli, Christifidelis laici, videlicet de satis rapida, completa et duratura sub specie symptomatologiae sanatione Titi Malfatti a « lombosciatalgia con ernia discale L4-L5 di tipo mediano e para-mediano sinistro - retrolistesi di L4-L5 ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

BRATISLAVIENSIS-TYRNAVIENSIS

Beatificationis seu declarationis martyrii Servae Dei Sidoniae (v. Zdenka) (in saec.: Caeciliae Schelingová) sororis professae Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Crucis (1916-1955)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis » (*Io* 15, 13).

Tertio millennio ineunte, terra Slovachiae sanctitatis exemplum Sidoniae Schelingová, Sororis a Caritate Sanctae Crucis, Ecclesiae offert, quae tempore difficiliore historiae illius nationis indefessa ac laeta Iesu Christi testis exstitit. Vitae suae enim haud pepercit, eam vero immolavit, ut ministrum quemdam Dei servaret, atrocitates a sectatoribus doctrinae communistarum pa-

tratas corpore et spiritu patiens. Mirum ergo testimonium dedit, quod iamdudum fulget et adhuc spem infundit. Serva Dei, quae ad baptismalem fontem Caeciliae nomen accepit, in vico *Krivá* in regione montuosa Oravae die 24 mensis Decembris anno 1916 nata est, paenultima undecim filiorum, e magnanima et honesta familia, ubi preces et opera panis erant cotidianus. Institutio, quam ab optimis illis parentibus suis recepit, eam per itinera vitae duxit. A comitibus scholae ob indolem suam humanam ac laetam maxime dilecta est et semper diligens, oboediens promptaque ad adiuvandum proximum se ostendit. Quod adhuc puella Caecilia, amore Sororum in omnes allecta, se vitam religiosam amplecti statuit, neminem vero admiratione affecit. Decimum sextum itaque aetatis agens annum Congregationem Sororum a Caritate Sanctae Crucis, quae in eius paroecia operam navabant, ingressa est et die 30 mensis Ianuarii anno 1937 professionem religiosam emisit novum accipiens nomen Sidoniae. Laetabantur parentes eiusque fratres eam tamquam verum decus suum considerabant. Iam inde ab exordiis institutionis suae religiosae, Sidonia tam certa erat totam vitam suam amore Dei gubernari, ut in una ex meditationibus suis scriberet: « Facere volo voluntatem Dei, omni cura mei, omni consolatione mei, omni otio meo neglectis »; et « Intellegere animas nequeo, quae tantum tenerum amicum timent », sicut in libellis spiritalibus ab ipsa exaratis legitur. Amicitia enim spiritalis cum Iesu totam vitam et munus ipsum infirmorum ministrae ita moderata est, ut sodalis quaedam eius declaravit: « Sidonia exemplum erat Sororis et infirmorum ministrae ». Eius virtutes, eius peritia in munere, quo fungebatur, eiusque deinde plena magnanimitas in servitium proximi ei, anno 1942, invitationem meruerunt, ut in valetudinario Bratislaviae, metropolis Slovachiae, officium suum faceret. Labores autem Sidoniae in hoc valetudinario cum exordiis concurrerunt dictatorii regiminis communistarum in Slovachia, ubi ab anno 1948 ad annum 1953 usque Christi Ecclesia omnibus iuribus privata est et consociationes catholicae rescissae, christifideles laici vexati, episcopi et sacerdotes impediti quin ministerium suum adimplerent vel deportati vel in carcerem coniecti, communitates religiosae solutae eorumque membra in ergastulum data; dioecesis ipsa ritus orientalis suppressa est atque clerus et fideles ipsi omni studio ac ope in discidium impulsi. In tanta metus, processuum et cruciatuum tempestate, Soror Sidonia aerumnas subire praetulit potius quam conscientiam suam proderet et iusiurandum Christo et catholicae Ecclesiae datum falleret. Portentoso animo praestitit ut aeger presbyter captivus quidam e valetudinario effugeret. In sacello valetudinarii sic oravit: « Iesu, totam vitam meam pro eius vita tibi offero. Serva eum! ». Sciebat enim

quantum sacerdos populo Dei prosit, quapropter aliis in adiunctis irrite liberare e carcere aliquos sacerdotes et seminarii alumnos conata est. Odium illum in Ecclesiam regimen dictatorium adegit, ut veras insidias compararet, quibus Sidonia aliique christifideles, qui in eodem valetudinario laborem et operam ponebant, prehenderentur. Postquam comprehensa est, inter multos saevos cruciatus in vitae suae oblatione perseveravit atque utpote exemplum fidei ac remissionis culpae fulsit: «Venia summa est vitae virtus», ad instar angeli dixit, dum fere ad mortem percutiebatur. Cum iam, morbo laborans insanabili, pene ultimum trahebat spiritum, ne in carcere obiret — regimen enim communistarum ne martyres crearet enitebatur —, infirmae valetudinis causa oblivio poenae ei concessa est. Modo tribus circiter post mensibus, die 31 mensis Iulii anno 1955, vitam suam sanctam et heroicam conclusit, dum in sacello valetudinarii Tyrnaviensis, ubi recepta erat, sacrificium Eucharisticum celebrabatur. Duodequadraginta annos nata, Serva Dei, donum accipiens iuxta viam Crucis Iesum sequendi, supremum caritatis testimonium dederat. Soror Sidonia suiipsius sacrificio populo suo, praesertim iuvenibus progeniebus, praecipua illa mandata perspicienda indicavit, fidem scilicet Dei, amorem usque ad oblationem vitae, respectum humanitatis, peritiam munus exercendo, culparum remissionem. «Vere amamus tantum cum nos immolamur», dicebat, sicut in libellis spiritalibus ab ipsa exaratis legitur; et usque ad ultimum diem cohaerens cum consiliis suis ac, Deo auxiliante, fidelis propositis suis permansit. Scribebat enim: «Audaci deditione firmiter ad mortem usque Solem divinum perspiciam. A quo nihil me deterrebit, ne ventus quidem, qui nubes densas advexit, quia hoc tantum parvum momentum temporis erit. Fides mea tum sane augescit, quia scio post nubes Solem meum dilectissimum fulgere».

Statim post mortem, populus Dei Sidoniam martyrem pro fide putavit, quae fama numquam annorum decursu imminuit, sed semper crevit. Cum res politica transiit, Archiepiscopus Bratislaviensis-Tyrnaviensis, Exc.mus Dominus Ioannis Sokol, die 29 mensis Novembris anno 1999, Causam beatificationis seu declarationis martyrii Servae Dei iniit et Inquisitionem dioecesanam celebravit, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 31 mensis Ianuarii eodem anno probatae sunt. Positione conscripta, disceptatum est, more solito, de asserto martyrio Servae Dei. Die 2 mensis Maii hoc anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 3 insequentis mensis Iunii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo Domino Iose-

pho Zlatňanský, Episcopo tit. Faliscodunensi, qui approbaverunt Servam Dei Sororem Sidoniam Schelingová veram esse martyrem fidei.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servae Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servae Dei Sidoniae, v. Zdenka (in saec.: Caeciliae Schelingová), Sororis professae Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Crucis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CASTRI MARIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Magdalenae a Passione (in saec.: Constantiae Starace) fundatricis Congregationis Sororum Compassionistarum Servarum Mariae (1845-1921)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« De cruce non est descendendum, sed, postquam omnia adimpleta sunt, ab eadem surgendum ».

Locutio haec Servae Dei Mariae Magdalenae a Passione eius terrestris exsistentiae compendium esse potest. Dominus enim, arcanis suis consiliis, eam suae crucis participem fecerat, quae numquam ab ea se recedere temptavit; quin potius — uti ipsa scripserat — « in ea quiescere malebat sicut puellula in incunabulis ». Quinque ex liberis primogenita *Stabiis* in regione

neapolitana a patre Francisco Xaverio Starace, diuturne praefecto navis et naviculario, et a matre Rosa Cascone nata est die 5 mensis Septembris anno 1845. Intra saepta domestica eorum fides aperte exhibita operibus exercebatur. Cotidie prima luce in domestico sacello Eucharistia celebrabatur; et horis vespertinis familia se congregabat ad mariale rosarium recitandum nec non ad Dei verbum audiendum et meditandum. Eodem die quo in mundum venit, puellula ad fontem baptismalem translata est eique Mariae, Annae, Carmelae, Constantiae nomina sunt indita. A tenera inde aetate vita contemplationis alecta est, et intime cum Deo coniuncta vivere cupiebat. Pauperes diligebat eosque imitari nitebatur ut Iesu similis fieret. Duodecim annos nata inter Sorores Teresianas loci *Vici Aequensis* adscribi voluit, adversae tamen valetudinis causa in familiam redire debuit. Ob infirmam eius corporis constitutionem et eventus socio-politicos illius aetatis parentes pervicaciter vetuerunt eam ingredi institutum vitae consecratae. Ad nihilum profuerunt impensissimae preces eius confessario factae, qui, ad solamen ei ferendum, ad cotidianum eucharisticum convivium admisit eam. Cum quindecim aetatis annos ageret, ab eo licentiam obtinuit castitatis, paupertatis et oboedientiae vota privatim nuncupandi. Die 19 mensis Iunii anno 1865, domi commorans, habitum induit Tertii Ordinis Servorum Mariae, nomen assumens Sororis Mariae Magdalenae a Passione. Die 8 mensis Iunii anno 1867 religiosam emisit professionem apud eundem Tertium Ordinem in manibus Episcopi dioecesani Servi Dei Francisci Xaverii Petagna, qui primo commisit illi catechesim puellarum oppidi ac postea constitutionem Associationis Filiarum Mariae nec non alterius piae Associationis in honorem Sanctae Angelae Merici destinatae puellis illis «devotam in saeculo vitam gerere cupientibus». Episcopus ipse a parentibus Servae Dei domum quandam eorum propriam postulavit ad orphanas derelictas ibi excipiendas, quarum curam cuidam piae personae tradidit. Maria Magdalena, caritate compulsa, puellas adire consueverat ut illis de Deo loqueretur easque apud ludos elementarios in rudimentis litterarum et in alio humili opere erudiret. Ultra centum puellas brevi tempore congregare potuit. Tunc quattuor ex his Filiabus Mariae Servae Dei se sociaverunt, ut diversa educationis et assistentiae opera pro puellis orphanis participarent. Quo earum assistentiae melius prospicerent, anno 1869 se transtulerunt ampliorem in domum earumque in bonum die nocteque vitam consumpserunt. Orphanarum numerus magis in dies augebatur, quamobrem Serva Dei et sociae ostiatim domos invisebant ut necessaria ad vivendum sibi ministrarent. Eodem tempore crescebat quoque numerus "assistentium". Episcopus, summa praeditus sedulitate, die 27 mensis Maii anno 1871 con-

cessit illis habitum Tertii Ordinis Servorum Mariae atque communitatem canonice instituit, eiusdemque moderatricem nominavit Sororem ipsam Mariam Magdalenam. Hoc Institutum appellatur "Congregatio Sororum Compassionistarum Servarum Mariae". Serva Dei, quin cogitaret se novam religiosam familiam genuisse, Episcopo de more obtemperavit, sed propensionem ad vitam claustri integram in animo servavit. Attamen, fide ducta, minime seipsam quaesivit sed tantum Dei voluntatem, quae suprema eius vitae exstitit lex. Postero tempore scribet: « Hanc aut illam domum non desidero, hoc aut illud opus non cupio, praeter illa opera illasque domos quae Dominus Virgoque Mater requirant a nobis », et alias: « Institutum super ferreas divinae voluntatis vias procedat oportet ». Promptam ad voluntatem divinam iugiter et in omnibus adiunctis exsequendam, nemo et nihil amovere potuerunt eam ab itinere suscepto. Tentationes diaboli, insectationes massonicae, incomprehensiones ex parte eorum ab ipsa beneficiis ornatorum, difficultates, languores nec non physica eiusdem infirmitas mutati sunt in rationes et occasiones se in manibus divinae Providentiae relinquendi, in qua spem suam posuerat. Etenim asserere solebat: « Oratio et fiducia in Deo me sustentant ». Veluti authentica Serva Mariae diligebat Ordinem, cuius minimam filiam se praebebat. "Servitana" spiritualitate usque se nutrivit. Tam Christus crucifixus quam Virgo iuxta crucem inexhausti exstiterunt fontes inspirationis vitaeque munifice oblatae Domino, quem ex toto corde, ex tota anima et ex omnibus viribus dilexit (cfr *Lc* 10, 27). Eucharistico cultu arrepta, diuturne quiescebat coram Tabernaculo. Cuidam quaerenti quidnam illis in horis faceret, respondit: « Instituti regimen teneo! ». Devotionem colens erga Sanctum Ioseph omnesque Sanctos Ordinis, iisdem continuo preces effundebat suisque filiabus proponebat Septem Sanctos Fundatores uti exempla fraternitatis et servitutis erga Beatissimam Virginem Mariam, sanctum Philippum Benitium tamquam speculum humilitatis et caritatis, sanctam Iulianam Falconieri veluti seraphinum Eucharistiae. Dominus, suis in reconditis consiliis, Servam Dei diutinis et horridis tribulationibus afflixit, atque permisit ut diabolus eam in anima et corpore vexaret nec non vitam ipsam Instituti aggrederetur. Harum tribulationum tempus, quod ad triginta circiter annos protractum est, exitum habuit anno circiter 1900. Extremos viginti suae exsistentiae annos in serenitate degit spiritalique pace; vitam communem plene gerere potuit et omnibus Sororibus praeire in regulari observantia; physica et moralia incommoda patienter pertulit, quae ex eius infirma corporis constitutione, ex aetate provecta, ex regimine Instituti orta sunt. Materna sedulitate bono Sororum suarum consulere perrexit; curavit Regnum

Dei propagandum, fidem diffundendam atque cultum provehendum erga Sacrum Cor Iesu et Virginem Perdolentem, cui Stabiis templum ab ipsa ingentibus sacrificiis constructum dicavit. Proximum magis quam seipsam diligens, summum pro animarum salute nutrivit fervorem. De Sororibus, parentibus, aegrotis, aetate provectis et orphanis peculiariter sollicitam se ostendit. Iustitiam exercuit erga Deum et proximum; firma in tribulationibus, modesta, a terrenis opibus seiuncta, casta, humilis, constans in via sanctitatis exstitit. Quandoquidem ab omnibus iudicabatur sapiens et prudens mulier singularibusque donis ditata, presbyteri et laici, quos inter beatus Bartholus Longo, ad eam decurrebant precationes, consilia et solamen petituri. Specialis aspectus eius spiritualitatis fuit diligens cultus erga Ecclesiam, pro qua operam navavit et incommoda pertulit. Episcopus Servus Dei Vincentius M. Sarnelli in suis scriptis saepe notum fecit atrociores Servae Dei cruciatus nec non certamina adversus daemonium evenisse eodem tempore quo luctationes quaedam, sive apertae sive clandestinae, alibi adversus Ecclesiam parabantur vel inferebantur. Diligebat et verebatur Summum Pontificem, a quo saepe est excepta, benedicta et animo confirmata. Similes nutriebat sensus erga Episcopos, quibus semper paruit et obnoxia fuit, et erga omnes sacerdotes. Filiabus suis dicebat: « Minime dignae sumus ut terram quam sacerdotes inculcant osculemur, quoniam illi nobis Iesum tradunt ».

Die 2 mensis Decembris anno 1921, fatigata et exhausta, post haud facile expletum iter ad domus Apuliae visitandas, Stabias rediit. Postea, propter praestituta negotia, se contulit in locum S. Ioannem a Teduccio; adversante tamen valetudine, mane sequentis diei coacta est in almam domum regredi. Impensis curationibus medicorum et Sororum in irritum cedentibus, pulmonitide correpta suam exhalavit animam die 13 mensis Decembris anno 1921. Praecedenti die summo cum fervore sancto Viatico recreabatur; tunc Sacram Hostiam contemplans exclamavit: « O dulcis Iesu, o dilecte Iesu! »; deinde ad Sorores se convertens haec addidit: « Ab omnibus vobis veniam peto ob malum exemplum quod exhibui, ob errores quos commisi, ob bonum quod facere neglexi! ». Superiore nocte, postquam omnes ad perfectam observantiam est hortata, ad Vicariam intuitum vertens dixit: « In tuas manus communitatem commendo »; et ad Sorores: « Et vos omnes, obtemperate illi tamquam mihi; iunctae manete in mutua concordia ». Ad nuntium mortis omnes clamaverunt: « Sancta obiit! ». Certabant inter se ad res diversas corpori eius applicandas. Sepulta est in familiae tumulo et anno 1929 illius exuviae in templum Sacro Cordi dicatum sunt translatae. Super sarcophagum sequens inscriptum

est elogium funebre: « Humilis, orans, patiens vixit. Solummodo gloriabatur se Servam Mariae esse ».

Processus Ordinarius apud Curiam Stabiensem inchoatus est anno 1939 et conclusus anno 1942. Quibusdam dilucidatis dubiis quae Causam intermiserant, Congregatio de Causis Sanctorum die 7 mensis Maii anno 1993 Decretum edidit de iuridica auctoritate Processus quem diximus. Adparata Positione, disceptatum est de more num Serva Dei heroicum in modum virtutes exercuisset. Die 8 mensis Aprilis anno 2003 habitus est, felici cum exitu, Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 17 sequentis mensis Iunii congregati, Ponente Causae Exc.mo D.no Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano, edixerunt Mariam Magdalenam a Passione virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroico in gradu excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Magdalenae a Passione (in saec.: Constantiae Starace), Fundatricis Congregationis Sororum Compassionistarum Servarum Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

DERTHONENSIS

Canonizationis beati Aloisii Orione, Sacerdotis, fundatoris Parvi Operis Divinae Providentiae et Congregationis Parvarum Sororum Missionariarum a Caritate (1872-1940)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Aloisius Orione natus est in vico *Pontecurone* intra fines dioeceseos Derthonensis die 23 mensis Iunii anno 1872 e pauperi operariorum familia. Sancti Ioannis Bosco occursus iter vitae ei ostendit, quam ipse, iam clericus, ad institutionem iuvenum atque ad opera caritatis conferre voluit. Anno 1895, presbyteratu auctus, apostolatum suum pro iuvenibus, infirmis pauperibusque instanter protulit. Parvam Operam Divinae Providentiae a presbyteris, fratribus eremitis et coadiutoribus formatam et Congregationem Parvarum Sororum Missionariarum a Caritate fundavit. Ministerium sacerdotale ac navitatem suam socialem, caritativam et educativam sive in Italia sive in America Latina variis inceptis ferventer explicavit. Ubique sanctitate vitae et amore erga Ecclesiam et Romanos Pontifices fulsit. Die 12 mensis Martii anno 1940 pie in Domino quievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 26 mensis Octobris anno 1980 eum in numerum Beatorum rettulit. Canonizationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem domini Petri Penacca, qui, anno 1990, undeoctoginta annos natus, signa alicuius morbi pulmonarii exhibuit. Clinicae investigationes apud valetudinarium Alexandriae peractae diagnosim dixerunt tumoris cutis pulmonariae cum cellulis desquamatis. Cum dein in nosocomium Mediolanense infirmus translatus est, exitus prioris perscrutationis confirmatus evasit. Statim prognosis infausta apparuit et, provectae aetatis patientis causa, qui iam in statum cachecticum prolapsus erat, neque opportunum neque licitum quamvis curam chemicorum agentium radiationumve emissionis ope instructam ministrare videbatur. Ex valetudinario die 10 mensis Ianuarii anno 1991 dimissus est cum diagnosi tumoris et cum provisione paucorum mensium vitae. Cum rerum adiuncta et ad humanitatem quoque quod attinet, ita adversa se haberent, fidenter infirmus ad divinum confugit auxilium per intercessionem Beati Aloisii Orione, quem ipse olim cognoverat, et tunc una cum familia sua, aliquibus presbyteris e Parva Opera Divinae Providentiae et quibusdam aliis invocare constituit. Iam inde ab insequentibus diebus eiusdem mensis Ianua-

rii anno 1991 aegrotus convalescere coepit et cito ad completam pervenit sanationem statim Beati intercessioni tributam. De hoc casu anno 1999 apud Curiam Derthonensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 14 mensis Maii eodem anno probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 16 mensis Ianuarii anno 2003 sanationem rapidam, completam, duraturam et inexplicabilem secundum scientiam fuisse affirmavit. Insequenti die 4 mensis Aprilis Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 3 mensis Iunii huius anni Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Aloisii Orione, Sacerdotis, Fundatoris Parvi Operis Divinae Providentiae et Congregationis Parvarum Sororum Missionariarum a Caritate, videlicet de rapida, completa ac duratura sanatione Petri Penacca a « carcinoma polmonare, necrotico, a grandi cellule, vastamente infiltrante ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEDELLENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi (in saec.: Mariae Laurae Montoya y Upegui) fundatricis Congregationis Sororum Missionariarum B.M.V. Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis (1874-1949)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Laura a S. Catharina Senensi (in saec.: Maria Laura Montoya y Upegui) die 26 mensis Maii anno 1874 nata est in loco *Iericho*, ex Antiochena regione Reipublicae Columbianae. Metellini magistrae titulo honestata, docendi muneri incubuit. Deo, qui vocabat eam ad consecratam et missionariam vitam, libentissime respondit. Ad humanam provehendam christianamque indigenarum Columbiae progressionem condidit Congregationem Sororum Missionariarum Beatae Mariae Virginis Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis, ubi anno 1917 religiosam emisit professionem. Sub eius moderamine hoc novum Institutum diversas inter nationes diffusum est et innumeris ditatum sodalibus. Sanctitatis fama circumdata Metellini die 21 mensis Octobris anno 1949 in Domino obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 22 mensis Ianuarii anno 1991 edixit Servam Dei virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum exercuisse. Ad beatificationem quod attinet, Postulatio Causae iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum subiecit miram coniectam sanationem dominae Herminiae González Trujillo, duodeviginti filiorum matris, quae, tres et octoginta aetatis annos agens, vaginalem subiit haemorrhagiam, quae celeriter in deterius mutata est; quam ob rem opus fuit ut infirma in valetudinarium urbis Metellini quamprimum exciperetur. Ex analysi detectum est carcinoma uterinum. Dum sectio chirurgica procederet ad haemorrhagiam continendam et ad biopsiam peragendam, per accidens paries uteri infeliciter est perforatus. Ingravescente morbi statu ob augescentem amissionem haematicam, aegrota urgenti subiecta est laparotomiae, quam hysterectomia tantum partialis secuta est. Pars neoplastico processu affecta probabiliter non est ablata, eo quod post chirurgicam sectionem haemorrhagia persistebat. Ex histologica analysi revelatum est carcinoma squamocellulare parum distinctum. Infausta prognosi edita et curis incassum cedentibus, consilium ceptum est aegrotam in propriam domum transferendi ibique rei exitum exspectandi. Inde ab inito morbo sive domina Herminia, sive filia quae sodalis quoque erat Congregationis Missionariae quam diximus, sive consorores aliaeque personae per intercessionem Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi divinum implorabant

auxilium. Mense Septembri anno 1994 aegrota transferri petivit in domum ubi Serva Dei obierat et in eius lecto collocari, dum precationes recitabantur. Statim tam haemorrhagiae quam dolores fere omnino cessaverunt, idcirco analgesica medicamina intermissa sunt. Subsequentibus ex inspectionibus repertum est carcinoma funditus evanuisse.

De hoc miro eventu apud Curiam Medellensem anno 2001 instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridicam validitatem hoc Dicasterium agnovit per decretum editum die 25 mensis Ianuarii anno 2002. Consilium Medicorum Congregationis die 17 mensis Octobris eiusdem anni convenit et declaravit sanationem instantaneam, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem exstitisse. Die 1 mensis Aprilis hoc anno 2003 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 3 sequentis mensis Iunii acta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D.no Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi (in saec.: Mariae Laurae Montoya y Upegui), Fundatricis Congregationis Sororum Missionariarum B. M. V. Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis, videlicet de instantanea, perfecta ac constanti sanatione Herminiae González Trujillo a « carcinoma uterino a cellule squamose in stadio avanzato con infiltrazione del parametrio »*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MONASTERIENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Annae Catharinae Emmerick monialis professae Ordinis Canonicarum Regularium S. Augustini (1774-1824)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Anna Catharina Emmerick nata est in vico *Tlamske*, dioeceseos Monasteriensis, die 8 mensis Septembris anno 1774, e pauperi familia agricolarum. Ordinem Canonicarum Regularium Sancti Augustini in monasterio vulgo dicto «Agnetenberg» Dulmaniae ingressa, professionem monasticam emisit anno 1803. Sublato ab auctoritatibus Status monasterio, in privatum se contulit domicilium. Aegra primum, infirma dein usque ad mortem lecto affixa, Iesu Crucifixo coniuncta vixit. Socia et particeps eiusdem passionis, amplum et uberem autem exercens apostolatum. Morbis paenitentiisque consumpta, die 9 mensis Februarii anno 1824 pie obiit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 24 mensis Aprilis anno 2001, Servam Dei virtutes theologales, cardinales et eis adnexas heroico gradu coluisse decrevit. Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem, intercessioni Servae Dei tributae, Sororis Mariae Martinae (in saeculo: Teresiae Sonntag), religiosae professae Instituti Pauperum Franciscanarum a Perpetua Adoratione, quae, vigesimum primum agens annum, fastidia in larynge animadvertere cepit, quae demum eam vocis expertem fecerunt. Cum a perito de re medica viro funditus ea inspecta esset, diagnosim dicta est phthisis chordarum vocalium. Morbo huic interdum se comites adiunxerunt progressus demutationis conditionum generalium aegrotis et febris vespertina. Inefficacibus curis praescriptis, valetudo autem aegrotae eo in gravius vertit, ut prognosis infausta quoad vitam diceretur. Cum res ita adversae se haberent, infirma una cum consororibus Domus Matris vici *Olpe* in dioecesi Paderbornensi, ubi Soror Maria Martina translata erat, ad divinum auxilium fidenter confugerunt per intercessionem Servae Dei Annae Catharinae Emmerick, cuius reliquia quaedam iuxta guttur infirmae apposita est, quae mane diei 3 mensis Martii anno 1880 extemplo vocem recuperavit. Condiciones quoque generales valetudinis eius repente proficere ceperunt usque ad completam sanationem. De hoc miro aestimato casu anno 1893 Curia Monasteriensis varia collegit testimonia ad instruendum Processum Ordinarium Informativum super famam sanctitatis. Apud ean-

dem Curiam anno 2001 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 11 mensis Ianuarii anno 2002 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 21 mensis Novembris eodem anno sanationem rapidam, completam, duraturam, sine postumis morbi signis et inexplicabilem secundum scientiam fuisse affirmavit. Die 28 mensis Februarii hoc anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 17 insequentis mensis Iunii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Paulo Iosepho Cordes, Archiepiscopo tit. Naissitano. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Annae Catharinae Emmerick, Monialis professae Ordinis Canonicarum Regularium S. Augustini, videlicet de rapida, completa, duratura ac sine postumis morbi signis sanatione Sororis Mariae Martinae (in saec.: Teresiae Sonntag) a « patologia laringea di verosimile natura tubercolare, a decorso ingravescente, in soggetto giovane con progressivo decadimento delle condizioni generali ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PATAVINA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Eurosiae Fabris viduae Barban, matrisfamilias, e Tertio Ordine S. Francisci Assisiensis (1866-1932)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Subiecti invicem in timore Christi» (*Eph* 5, 21).

Paulus Apostolus christianos admonet coniuges ut munus adimpleant sese diligendi, sicut Christus Ecclesiam dilexit et pro ea seipsum tradidit (cfr *Eph* 5, 25). Horum verborum lumine illustrata Serva Dei Eurosia Fabris vidua Barban benevolentia ac deditione coniugem filiosque dilexit, et, proprias uxoris et matris obligationes penitus exsequens, curavit ut matrimonium instrumentum fieret sanctificationis, atque pro maiore Dei gloria et Regni Christi diffusione assidue adlaboravit. Haec fidelis testis Redemptoris die 27 mensis Septembris anno 1866 in loco vulgo *Quinto Vicentino* orta est a parentibus qui christianae filiae formationi congruenter consuluerunt. Aliquot post annos familia eius in locum vulgo *Marola* se transtulit, ubi Serva Dei reliquum vitae tempus transegit. Rudimentis litterarum duos per annos incubuit, quae tamen intermittere debuit ut in domesticis operibus matrem sustineret simulque sociam patri praestaret operam in agris colendis. Adhuc adulescens paroeciam frequentabat ad christianam doctrinam puellis tradendam. Viginti circiter annos nata, vocationem ad matrimonium persensit tunc cum rogata est ut laboraret apud vicinam domum in qua vivebat Carolus Barban, viduus simul cum duabus parvis filiabus, cum fratre iuniore et cum patre aetate iam provecto. Duabus praesertim filiabus deerat permanens cuiusdam mulieris praesentia quae idoneam formationem humanam et religiosam iisdem praeberet. Quapropter parochus et familiares Servae Dei operam dederunt ad eam hortandam ut Carolo Barban nuberet; quae, caritatis spiritu praecipue propensa in personas quibus inserviebat, consilium libenter accepit. Matrimonii ritus celebratus est die 5 mensis Maii anno 1886, et de hoc coniugio novem nati sunt filii. Serva Dei humiliter ac patienter viri indolem meliorem reddere potuit. Christianis moribus filios erudivit, ex quibus tres sacerdotii dono sunt exornati; verbo vitaeque exemplo formavit eos, quos adiuvit in propria discernenda vocatione. Praeter suos filios, alios quoque pueros indigentes domi excepit, quos per Christi vias sancte perduxit. Ut auxilium ferret ad sustentandam familiam, domi laborabat vestificae munere fungens, quod etiam aliquot puellas edocuit. Exemplum Pauperculi Assisien-

sis imitari cupiens, anno 1920 nomen suum dedit Tertio Ordini Franciscali, cuius spiritum diligenter vixit, sanctitatem usque appetens. Humilem abditamque vitam gerens, assidue, constanter laetanterque christianas exercuit virtutes secundum promissiones baptismales statumque suum laicalem. In Deum et in revelatas veritates firmiter credidit. Super omnia dilexit Eum quem vehementer invisere cupiebat. Sine intermissione coram Domino quiescebat et cum Ipso communionem nutriebat per orationem continuam, per meditationem Sacrae Scripturae, per cultum erga SS. Trinitatem, Passionem Christi et Eucharistiam. Singulis diebus devoto et intento animo Sacrificium Eucharisticum participabat. Beatam Virginem Perdolentem filiali prosequebatur affectu et cotidie cum familiaribus mariale rosarium recitabat. Summum Pontificem, episcopos et presbyteros obsequio et honore decoravit. Gaudium ex se diffundebat et in maestioribus quoque adiunctis praesentiam Dei, qui omnia sapienter gubernat, experiri poterat. Suos familiares hortabatur et omnes se adeuntes ut cogitationem ad aeternam verterent beatitudinem. Amore Christi compulsa est ad fecundum apostolatus opus explendum inter puellas suam vestificinam frequentantes et apud eas quoque in morali discrimine versantes: congregabat eas ad consilia praebenda eisque insuper suadebat ut voluntati Dei obsequerentur. Ad rectam viam revocabat peccatores, pro quorum conversione Domino sacrificia offerebat. Aegrotanti socero peculiari inserviebat deditione; peregrinantes pauperesque hospitio excipiebat et infirmos visitabat. Circum se pacem promovit; prudenter et humiliter plures rixas sedavit, concordiam seminans ubi discordiae saevierant. A personis cuiusdam dignitatis et condicionis socialis, quae haud communem eius prudentiam perpendebant, authentica spiritus magistra appellabatur. Spiritualis filia Sancti Francisci Assisiensis, pauper exstitit, simplex, indulgens, modesta. Erga Deum, familiam et proximum iustitiam sedulo exercuit. Pro expletis operibus aequam tantum quaerebat mercedem. Sereno strenuoque animo aegritudinem pertulit, quae mense Novembri anno 1931 affecit eam et extremum eius terrestris exsistentiae cursum praemonuit. Sequenti quidem anno, die 8 mensis Ianuarii animam Domino reddidit, haec extrema proferens verba: «Deus meus, super omnia diligo te». Augescente sanctitatis fama, Episcopus Patavinus Causam beatificationis et canonizationis inchoavit instruens inter annos 1975-1977 Processum Cognitionalem, cuius iuridicam auctoritatem agnovit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum editum die 27 mensis Ianuarii anno 1995. Adparata Positione, disceptatum est, ut de more, num Serva Dei virtutes in gradu heroico exercuisset. Die 11 mensis Martii anno 2003 habitus est, faventibus suffragiis,

Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria congregati die 7 sequentis mensis Maii, audita relatione Ponentis Causae, Exc.mi D.ni Aloisii Dossena, Archiepiscopi titulo Carpitani, edixerunt Servam Dei in exercendis virtutibus theologalibus, cardinalibus eisque adnexis heroicum gradum attigisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Eurosiae Fabris viduae Barban, Matrisfamilias, e Tertio Ordine S. Francisci Assisiensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PREŠOVIENSIS

Beatificationis seu declarationis Martyrii Servi Dei Basilii Hopko, Episcopi tit. Midilensis, Auxiliaris Prěsoviensis (1904-1976)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram » (*Lc* 22, 43-44).

Calicem Passionis, quem Dominus Iesus potavit ut voluntatem Patris adimpleret, potavit et Basilius Hopko, episcopus, qui, fide in Deum et assi-

dua oratione fultus, aerumnas persecutionis sibi a communistis inflictae mira tolerantia perpessus est propriamque dilectionem in Christum testificatus est, cui valetudinem et vitam guttatim donavit per agoniam et immolationem ultra vicesimum quintum annum productas.

Hic nobilis Ecclesiae Catholicae pastor natus est die 21 mensis Aprilis anno 1904 in loco *Hrabské* intra fines eparchiae Prešoviensis, hodie in Slovachia; paucis post diebus baptizatus nomen Basilii recepit. Parentes ambo, quibus nomina Basilius Hopko et Anna Petrenková, pauperes coloni erant ritus graeco-catholici. Pater, fulmine percussus dum aera pulsat ecclesiae, vita functus est anno 1905; mater, operis quaerendi suaeque familiae sustentandae causa, anno 1908 in Foederatas Americae Res Publicas demigravit. Parvulus igitur Basilius curis avi materni, mox Patris Demetrii Petrenko avunculi, traditus est. Studia rite persecutus est donec maturitatis diplomate potiretur anno 1924 apud lycaeum Slovachiae Ecclesiae Evangelicae Prešoviensis. Cum se vocari ad sacerdotium sensisset, studia theologiae excoluit, cuius lauream meruit anno 1928. Mense autem Decembris eiusdem anni, quodam gravi morbo affectus, impeditus est ne ad matrem proficisceretur neve ordinem presbyteratus reciperet in Exarchatum Pittsburgensem ritus byzantini. Cum vero Sacratissimo Cordi Iesu preces adhibuisset, sanitati restitutus vovit se sacerdotium in caelibatu capessiturum. Die 3 mensis Februarii anno 1929 ordinem sacerdotalem recepit a beato Paulo Petro Gojdić, Episcopo Prešoviensi, qui ei paroeciam *Pakostov* tunc vacantem commisit (annis 1929-1933); factus est postea Pragae parochus ecclesiae S. Clementis (annis 1934-1936). Munere deinde functus est spiritualis moderatoris apud graeco-catholicum propriae eparchiae seminarium, cum porro ab anno 1941 ad annum 1943 a secretis Episcopi fuisset; annis denique 1943-1947 theologiam moralem et pastoralem docuit. Talis vir operam quoque navavit ut scripta de re catholica typis exarata propagarentur, cum et ipse nonnulla religiosa opuscula conscribenda atque edenda curaret. Propriam Ecclesiam dilexit eique famulatus est fideliter, quippe qui pii, humilis, sinceri amabilisque sacerdotis existimatione floruit apud populum et superiores, qui eum Apostolicae Sedi in graviora officia commendarunt. Die 9 mensis Novembris anno 1946 nominatus est Episcopus titulo Midilensis idemque auxiliaris Episcopi Prěsoviensis, qui die 11 mensis Maii subsequentis anni sacram ei ordinationem contulit. Complures ritui interfuerunt praesules, inter quos Servus Dei Iosephus Beran, Archiepiscopus Pragensis. Pastor ille, dum in athenaeo profitetur, ad serviendum quoque Christi gregi incubuit, nubibus communismi tunc densantibus, qui in Cecoslovachia anno 1948 rerum est potitus,

vehementem persecutionem concitans adversus Ecclesiam Catholicam. Quam evertere paratum est cum per opera eius et instituta delenda tum per discessionem laicorum a presbyteris, presbyterorum ab episcopis, episcoporum denique a Romano Pontifice fovendam. Die vero 28 mensis Aprilis anno 1950 principes rei publicae Graeco-catholicam Ecclesiam deleverunt, cum christifideles cogerent ut ad Orthodoxam Ecclesiam deficerent. Carceres interea frequentari episcopis, presbyteris, laicis in Christi testimonio strenue perseverantibus. Paulus Petrus Gojdić, episcopus, comprehensus et ad ergastula condemnatus, martyr occubuit anno 1960, qui anno 2001 in beatorum numerum est ascriptus. Nec minor severitas in eius auxiliarem adhibita, qui die 28 mensis Aprilis anno 1950 per custodiam domesticam cruciatus inivit, cum postea in franciscanum coenobium apud locum *Hlohovec* una cum nonnullis presbyteris, religiosis seminariique discipulis relegatus esset. In iniquum iudicium arcessitus, custodia quindecim annorum, pecunia, bonorum publicatione capitisque deminutione multatus est; quae omnia vitaret si modo promitteret se a Catholica Ecclesia ad Orthodoxam Ecclesiam defecturum. In complures carceres traductus, ubique mentis corporisque vexationes, quae eius valetudinem plane laeserunt, aequo animo pertulit. Ille autem, firmus in fide, perseveravit in communione cum Christo et Ecclesia et Summo Pontifice, acquiescens in Eucharistia, quam furtim celebrabat, in assidua oratione inque sacramentis malorum sociis administrandis. Anno 1964 liberatus est utpote aegrotationibus affectus: nam praeter graves cordis, articulorum mentisque offensiones, diabete quoque mellito, hypertonia seu nimio sanguinis pressu multisque aliis morbis, eum Iesu patienti conformantibus, laborabat. Qui, licet in libertate constitutus, in publicae disciplinae custodia permansit, quod eius valetudinem amplius offendit. Divina gratia fultus, aerumnas aequo animo pertulit, Dei voluntatem studens adimplere. Ab anno 1964 ad annum 1968 deguit in seniorum sacerdotum valetudinario in loco *Osek*, mox deinde commigravit in urbem *Prešov* apud Sorores Ancillas a Maria Immaculata. Anno 1968 a Paulo PP. VI episcopus auxiliaris pro Cecoslovachis graeco-catholicis electus, paroecias invisebat et sacra pontificalia peragebat, quippe qui per humilitatem et pietatem recti exempli clero exstitit ac populo. Extrema autem aetate, viribus iam et acie deficientibus, cotidie in cathedrali Prešoviensi Divinum Sacrificium celebrabat, cum per supremam vitae suae hebdomadam cotidie paenitentiae sacramentum obiret. Quem Dominus ad se vocavit die 23 mensis Iulii anno 1976. Ad eum idonea videntur haec verba Beati Pauli: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi » (*2 Tim* 4, 7). Servus Dei cum vivens tum post mortem habitus

est martyr fidei *ex aerumnis carceris*. Anno autem 1993 recognitiones eius corporis factae sunt, in quo cum nimius arsenici modus repertus esset, medici rem investigantes concluserunt multos per annos Servum Dei inscium veneficio per arsenicum subiectum esse, quod eius systema cardiovasculare laeserat. Cum autem memoria heroici testimonii a Servo Dei proditi superesset, apud Curiam Pittsburgensem ritus byzantini anno 1986 inita est Causa beatificationis seu declarationis martyrii, quae, post rerum mutationes in Europa Orientali factas, in manus devenit Eparchiae Prešoviensis. Vis iuridica Inquisitionis dioecesanae, anno 2001 celebratae, agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 4 mensis Maii anno 2001 latum. Positione praeparata, disceptatum est secundum normas utrum mors Basilii Hopko episcopi pro vero martyrio haberi posset. Die 16 mensis Maii anno 2003 habitus est, felici cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 17 mensis Iunii eiusdem anni congregata, Exc.mo D.no Ioanne Coppa, Archiepiscopo titulo Sertensi, Causae Ponente, edixerunt Servum Dei *ex aerumnis carceris* mortem obiisse ut suam erga Christum fidelitatem suamque integram communionem cum Romano Pontifice testaretur.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Basilii Hopko, Episcopi tit. Midilensis, Auxiliaris Prešoviensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

TOLOSANA

Beatificationis et Canonizationis ven. servi Dei Iosephi Mariae Cassant, sacerdotis, monachi professi Ordinis Cisterciensis Reformati (1878-1903)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Iosephus Maria Cassant die 6 mensis Martii anno 1878 in loco vulgo *Casseneuil* appellato intra fines dioecesis Agennensis sito, in Gallia, natus est. Ingressus inter Monachos Cistercienses Reformatos seu Strictioris Observantiae in Monasterium Sanctae Mariae a Deserto, prope Tolosam, anno 1897 monasticam emisit professionem et anno 1902 presbyteratus ordine est insignitus. Religiosae consecrationis vitam duxit summa deditione, simplicitate et humilitate, sinens se gratia Dei priorumque suorum consiliis formari. Tuberculosi correptus die 17 mensis Iunii anno 1903 animam Domino piissime reddidit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 9 mensis Iunii anno 1984, declaravit Servum Dei virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum excoluisse.

Ad beatificationem respiciens huius fidelis discipuli sancti Benedicti, Postulatio Causae examini Congregationis de Causis Sanctorum assertam miram obtulit sanationem pueri Ioannis Delibes, qui, anno 1927 natus in oppido vulgo *Château de Baseillac* ex Tolosana archidioecesi, a tenera iam aetate adversa vexabatur valetudine. Die 14 mensis Maii anno 1936 febrim, morbum gutturis et otitem pati coepit. Noctu inter dies 27 et 28 eiusdem mensis valetudo eius ex improviso in deterius incidit ob acutam cephalalgiam cum vomitione. Horis postmeridianis diei 28 domi suae inspectus est a medico, qui advertit omnia consueta indicia affectionis pathologicae in meningibus. Quapropter Tolosae in quandam domum clinicam exceptus est ut urgentem sectionem chirurgicam subiret, quae tamen non est peracta. Ex variis explorationibus medicis diagnosis meningitidis bactericae purulentae est confirmata. Quandoquidem illo tempore therapia huiusmodi idonea et efficax nondum detegebatur, valetudo pueri celeriter ingravescebat, quamobrem medici infaustam edixerunt prognosim. Vesperi diei 29 mensis Maii aegrotus moriturus videbatur, idcirco sacramentis refectus est. Immo ipse medicus a cura, ratione habita de scientiae inefficacia, pervesperi eiusdem diei domum rediens, fidenter divinam opem implorare coepit per intercessionem Servi Dei Iosephi Mariae Cassant. Mane sequentis diei, nempe 30 mensis Maii, aegrotus se praebuit integra fruentem valetudine, omnibus deletis clinicis indiciis menin-

gitidis quae prioribus diebus observata fuerant. Valetudine prorsus restituta, puer Ioannes e domo clinica dimissus est die 2 mensis Iunii eiusdem anni. Curia Tolosana testimonia iuridica de huiusmodi eventu colligenda curavit, occurrente celebratione tum Processus Ordinarii annis 1936-1937, tum Processus Apostolici annis 1960-1962, quorum validitatem Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 28 mensis Novembris anno 1969 ratam habuit. Medicorum huius Dicasterii Consilium, in sessione habita die 5 mensis Decembris anno 2002, sanationem agnovit praeter modum celerem, perfectam, constantem, absque sequelis et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 4 mensis Martii anno 2003 Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum et die 7 sequentis mensis Maii peracta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D.no Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur. Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripti Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Iosephi Mariae Cassant, Sacerdotis, Monachi professi Ordinis Cisterciensis Reformati, videlicet de praeter modum celeri, perfecta, constanti et absque sequelis sanatione pueri Ioannis Delibes a « meningite batterica purulenta, di origine verosimilmente otogena ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

RUYNENSIS-NORANDENSIS

De episcopalis Cathedrae translatione et Ecclesiae cathedralis erectione

DECRETUM

Exc.mus P.D. Dorylas Moreau, Episcopus Ruynensis-Norandensis, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut, ad aptius tutiusque animarum bono consulendum, episcopalis Cathedra eiusdem dioecesis a templo Sancto Michaeli Archangelo dicato, in civitate vulgo "Rouyn-Noranda" constituto et hactenus titulo cathedralis ornato, in templum in eadem civitate situm Deo in honorem Sancti Iosephi dicatum transferretur et idem templum ad gradum ac dignitatem Ecclesiae cathedralis eveheretur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Aloisii Ventura, Archiepiscopi titularis Equiliensis et in Canada Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis, preces ad Se admotas, Sanctae Matris Ecclesiae profectum ac animarum salutem prae oculis habens, excipiendas statuit. Quapropter, Idem Summus Pontifex, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, episcopalem Cathedram a praefato templo Sancti Michaelis Archangeli, exstincto deinde titulo cathedralis, in memoratum templum Sancti Iosephi transfert, quod ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis dioecesis Ruynensis-Norandensis evehit, collatis simul omnibus praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae cathedrales Ecclesiae, ad normam iuris, fruuntur.

Ad haec perficienda, deputat eundem Exc.mum P.D. Aloisium Ventura, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 15 mensis Septembris, anno 2003.

✠ Ioannes Baptista card. Re
Praefectus

✠ Franciscus Monterisi
a Secretis

L. ✠ S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 437/03

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 29 Novembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Armeniensi, R.P. Fabium Duque Jaramillo, O.F.M., hactenus Pontificii Consilii de Cultura Subsecretarium.

die 1 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Papiensi Exc.mum P.D. Ioannem Giudici, hactenus Episcopum titularem Usulenem.

die 2 Decembris 2003. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ludovici, Exc.mum P.D. Raimundum Leonem Burke, hactenus Episcopum Crossensem.

die 3 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Paranavaiensi, Exc.mum P.D. Sergium Aparecidum Colombo, hactenus Episcopum titularem Pudentianensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tarvisinae Exc.mum P.D. Andream Brunonem Mazzocato, hactenus Episcopum Adriensem-Rhodigiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Victoriensi Venetorum Exc.mum P.D. Iosephum Zenti, hactenus Vicarium generalem dioecesis Veronensis.

— Cathedrali Ecclesiae Caesenatensi-Sarsinatensi R.D. Antonium Lanfranchi, hactenus Vicarium generalem dioecesis Placentinae-Bobiensi.

die 5 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Carorensi, R.D. Ulixem Antonium Gutiérrez Reyes, O. de M., ibique Seminarii rectorem.

— Cathedrali Eclesiae Portus Cabellensis, R.D. Raimundum Iosephum Viloria Pinzón, e clero archidioecesis Caracensis atque membrum Sodalitatis Operariorum Dioecesanorum «Cordis Iesu», hactenus in praedicta archidioecesi parochum.

die 9 Decembris 2003. — Titulari episcopali Ecclesiae Mimianensi R.D. Robertum Brahm, e clero dioecesis Trevirensis, curiae addictum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Foritraianensi R.D. Georgium Michaelem Peters, e clero Trevirensi, hactenus in pago vulgo Losheim curionem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 11 Decembris 2003. — Titulari episcopali Ecclesiae Urcitanae, R.D. Ansgarium Azarcon Solis, e clero dioecesis Humensis-Thibodensis, hactenus curionem paroeciae «Saint Joseph Co-Cathedral» in urbe vulgo Thibodaux, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Angelorum in California.

die 12 Decembris 2003. — Titulari episcopali Ecclesiae Munatianensi R.D. Gunsalvum Restrepo Restrepo, e clero archidioecesis Medellensis, ibique Pontificiae Catholicae Universitatis Bolivarianae rectorem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Caliensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Voncarianensi R.D. Victorium Antonium Tamayo Betancourt, e clero archidioecesis Barranquillensis, ibique Vicarium generalem et parochum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Barranquillensis.

die 15 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Granadensi Exc.mum P.D. Bernardum Hombach Lutkermeier, hactenus Episcopum Iuigalpensem.

die 16 Decembris 2003. — Metropolitanae Ecclesiae Bononiensi Exc.mum P.D. Carolum Caffarra, hactenus Archiepiscopum Ferrariensem-Comaclensem.

die 18 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Luganensi R.D. Petrum Iacobum Grampa, e clero eiusdem dioecesis, hactenus in civitate vulgo Ascona curionem-archipresbyterum et scholae «Collegio Papio» moderatorem.

die 19 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Gandavensi, Exc.mum P.D. Lucam Van Looy, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, hactenus eiusdem societatis Vicarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Garzonensi Exc.mum P.D. Rigobertum Corredor Bermúdez, hactenus Episcopum Bonaventurensem.

die 24 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Litomericensi R.D. Paulum Posad, moderatorem spiritus in Seminario maiore Olomucensis archidioecesis.

die 27 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Tampicensi, Exc.mum P.D. Iosephum Aloisium Dibildox Martínez, hactenus Episcopum Tarahumarensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tolucensi, Exc.mum P.D. Franciscum Xaverium Chavolla Ramos, hactenus Episcopum Matamorensem.

— Cathedrali Ecclesiae Maioricensi Exc.mum P.D. Iesum Murgui Soriano, hactenus Episcopum titulo Letaeum et Auxiliarem archidioecesis Valentinae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Martedì, 9 Dicembre 2003, S.E. il Signor Marcos Martines Mendieta, Ambasciatore del Paraguay presso la Santa Sede.

Venerdì, 12 Dicembre 2003, le LL.EE. i Signori Birger Dan Nielsen, Ambasciatore di Danimarca; Walter Woon, Ambasciatore di Singapore; Mohamad Jaham Abdulaziz Al-Kawari, Ambasciatore dello Stato del Qatar; Priit Kolbre, Ambasciatore di Estonia; tutti accreditati presso la Santa Sede.

Lunedì, 15 Dicembre 2003, S.E. il Signor Carlos Rafael Conrado Marion-Landais Castillo, Ambasciatore della Repubblica Dominicana presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Martedì, 2 Dicembre 2003, S.E. il Signor Sanjbegz Tumurochir, Presidente del Parlamento della Mongolia.

Giovedì, 4 Dicembre 2003, S.E. il Signor Dragan Čovič, Presidente della Presidenza di Bosnia ed Erzegovina.

Giovedì, 11 Dicembre 2003, S.E. il Signor Gnassinbé Eyadema, Presidente della Repubblica del Togo.

Giovedì, 11 Dicembre 2003, S.E. il Signor Silvan Shalom, Ministro degli Affari Esteri di Israele.

Sabato, 20 Dicembre 2003, l'on. Ibrahim Rugova, Presidente delle istituzioni provvisorie del Kossovo.

Sabato 20 dicembre 2003 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

25	novembre	2003	S.E. mons. Raffaello Funghini, *Presidente della Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano fino al compimento dell'80º anno di età.*
2	dicembre	»	L'Em.mo Signor Cardinale Darío Castrillón Hoyos, *Membro dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	Mons. Renato Boccardo, Vescovo tit. el. di Acquapendente e mons. Petar Rajič, *Membri del Consiglio di Amministrazione del Centro Televisivo Vaticano fino al termine del triennio in corso, 17 giugno 2005.*
22	»	»	L'ing. Giovanni Tecchi Cristofori Celiani, *Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « in aliud quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari

14	novembre	2003	Mons. Manfred Grothe (Paderborn)
28	»	»	Mons. Antonio Chirayath (Sagar)

Prelati d'onore di Sua Santità

8	novembre	2003	Mons. Joseph Harte (Orlando)
12	»	»	Mons. Andrea Giusto (Savona-Noli)
14	»	»	Mons. Otto Mochti (Passau)
15	»	»	Mons. Tadeusz Kukla (Tarnów)
»	»	»	Mons. Stanisław Budyn (Tarnów)
19	»	»	Mons. Antonio Lazzaro (Termoli-Larino)
27	»	»	Mons. Achille Noudehou (Lokossa)

Cappellani di Sua Santità

1	novembre	2003	Il sac. Francisco Javier Froján Madero (Santiago de Compostela)
»	»	»	Il sac. Xavier Signargout (Bayeux)
»	»	»	Il sac. Gianluca Pezzoli (Mantova)
»	»	»	Il sac. Marco Agostini (Verona)
»	»	»	Il sac. Joseph Murphy (Cloyne)
14	»	»	Il sac. Wilfrid Xaba (Umzimkulu)
»	»	»	Il sac. Stanisław Krzemien (Wrocław)

15	novembre	2003	Il sac. Ronny Jenkins (Austin)
»	»	»	Il sac. Deogratias Rweyongeza (Bukoba)
»	»	»	Il sac. Francesco Bracaglia (Frosinone-Veroli-Ferentino)
»	»	»	Il sac. Francesco Maura (Frosinone-Veroli-Ferentino)
»	»	»	Il sac. Thomas Albert Weitz (Köln)
»	»	»	Il sac. Gustavo Mantovani (Limeira)
»	»	»	Il sac. Konrad Huber (München und Freising)
»	»	»	Il sac. Johann Tasler (Passau)
»	»	»	Il sac. Władysław Pasiut (Tarnów)
»	»	»	Il sac. Józef Dobosz (Tarnów)
19	»	»	Il sac. Charles Martin Mangan (Sioux Falls)
24	»	»	Il sac. Enrique Olivé Turu (Barcelona)
»	»	»	Il sac. Tadeusz Dziedzic (Kraków)
»	»	»	Il sac. Stanisław Mszal (Kraków)
»	»	»	Il sac. Józef Ślazyk (Kraków)
25	»	»	Il sac. Alexander Cifuentes Castaño (Cartago)

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

4	novembre	2003	Al sig. Henri Ndiaye-Thiasse (*Senegal*)
5	»	»	Al sig. Danilo T. Ibayan (*Filippine*)

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

14	novembre	2003	Al sig. Jean Christophe Heidsieck (*Malta*)
»	»	»	Al sig. Cesare Chierzi (Trento)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno

14	novembre	2003	Al sig. Terence Norman Keogh (Sydney)
»	»	»	Al sig. Adolf Bauer (Würzburg)

La croce di Dama di Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

21	novembre	2003	Alla sig.ra Dianne King (*Australia*)

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro

12	novembre	2003	Al sig. Luciano Pasquale (Savona-Noli)
14	»	»	Al sig. Carlo Lolliri (Iglesias)
15	»	»	Al sig. Gerhard Fuchs (München und Freising)
19	»	»	Al sig. Vittorio Carrara (Roma)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro

12	novembre	2003	Al sig. Felicio Angrisano (Savona-Noli)
14	»	»	Al sig. Félix La Rosa (Roma)
»	»	»	Al sig. Hugo Hahn (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Michael Wollenschläger (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Paul-Ludwig Weinacht (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Winfried Weier (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Werner Strik (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Dieter Salch (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Franz-Ludwig Knemeyer (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Hubert Frohmüller (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Winfried Böhm (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Heinrich Rombach (Würzburg)
15	»	»	Al sig. Marcello Ferri (Taranto)

La croce di Dama di Commenda dell'Ordine di San Silvestro

14	novembre	2003	Alla sig.ra Gabriele Miller (Rottenburg-Stuttgart)

La croce di Dama dell'Ordine di San Silvestro

14	novembre	2003	Alla sig.ra Waltraud Boelte (Rottenburg-Stuttgart)
»	»	»	Alla sig.ra Eleonore Beck (Rottenburg-Stuttgart)
»	»	»	Alla sig.ra Brigitta Florian (Rottenburg-Stuttgart)

NECROLOGIO

16	novembre	2003	Mons. Augustine E. Hornyak, Vescovo tit. di Ermontis
18	»	»	Mons. Braulio Sánchez Fuentes, Vescovo prelato em. di Mixes (*Messico*).
25	»	»	Mons. Fernando Ariztía Ruiz, Vescovo em. di Copiapó (*Cile*).
29	»	»	Mons. William E. Power, Vescovo em. di Antigonish (*Canada*).
6	dicembre	»	Mons. Luiz R. Gomes de Arruda, Vescovo prelato em. di Guajarà-Mirim (*Brasile*).
8	»	»	Mons. Fernando Vargas Ruiz de Somocurcio, Arcivescovo em. di Arequipa (*Perú*).
11	»	»	Card. Paulos Tzadua, del Titolo del SS. Nome di Maria a Via Latina.
12	»	»	Mons. Joseph A. Ferrario, Vescovo em. di Honolulu (*Stati Uniti d'America*).
13	»	»	Mons. Johannes Sudiarna Hadiwikarta, Vescovo di Surabaya (*Indonesia*).
28	»	»	Mons. Miguel Angel García y Aráuz, Vescovo em. di Jalapa (*Guatemala*).
»	»	»	Mons. Henrique Froehlich, Vescovo em. di Sinop (*Brasile*).